

Mense augusti<sup>(a)</sup>, die nono, mortuus est Valens imperator, in partibus Tracie, igne combustus<sup>(b)</sup> a Gothis in villa Macedonia cum duobus eunuchis suis. qui, exquisito non invento eius corpore, non est dignus inter Augustos sepelliri<sup>(c)</sup>. regnavit ann. .xiii.

5 Mense marci, vicesima<sup>(d)</sup> prima die, defunctus est Valentianus<sup>(e)</sup> imperator in Gallia, et delatum est corpus eius in Constantinopolim<sup>(f)</sup> in tempore Magni Theodosii<sup>(g)</sup>, et positum est in templo Sanctorum Apostolorum, ubi Magnus Constantinus in lanarki porfiretico. sepulta est autem cum eo Severa, uxor eius. Iustina  
10 namque, alia uxor eius, mortua est in Mediolano. regnavit ann. .xiii.

Mense<sup>(h)</sup> ianuarii, septima die, defunctus est<sup>(i)</sup> Theodosius Magnus imperator in<sup>(k)</sup> Mediolano<sup>(l)</sup>. allate<sup>(m)</sup> sunt reliquie ipsius in Constantinopolim, et posite in templo Sanctorum Apostolorum<sup>(n)</sup>, in sacrario Magni Constantini, in pila porfiretica<sup>(o)</sup>, ubi<sup>(p)</sup> et co-  
15 niunx<sup>(q)</sup> eius prior Pracilla posita fuit. regnavit ann. .xvi.

Mense maii<sup>(r)</sup>, prima die, defunctus est Archadius imperator, et positum<sup>(s)</sup> est corpus eius in templo Sanctorum Apostolorum<sup>(n)</sup>, in pila<sup>(t)</sup> porfiretica, ad<sup>(u)</sup> porticum meridianum<sup>(v)</sup>, cum uxore sua Efdokia<sup>(x)</sup>, que<sup>(y)</sup> ante fuerat defuncta<sup>(z)</sup>, pro iniuria Sancti Iohannis  
20 Os aurei. regnavit ann. .xxiii.

Mense iulii, tricesima die, defunctus est Theodosius minor, filius Archadii<sup>(aa)</sup>, et<sup>(bb)</sup> repositum est corpus<sup>(cc)</sup> illius in templo Sanctorum Apostolorum, in pila marmorea, thesalonicensi<sup>(dd)</sup> lapide, in sa-  
crario Magni Constantini. uxor autem illius Efdokia<sup>(ee)</sup> non est  
25 sepulta cum eo. regnavit ann. .xlili.

Mense ianuarii, vigesima septima die, defunctus est Marcianus, imperator christianissimus, et repositum est corpus eius<sup>(ff)</sup> in templo Sanctorum Apostolorum, in pila porfiretica<sup>(gg)</sup>, cum Pulcheria, uxore sua, filia Archadii. regnavit ann. .vii.

(a) *S* agusti    (b) *Va* combusto    (c) *Va* sepeliri    (d) *S* om. vicesima    (e) *S* Va-  
lentianus    (f) *D* Constantinopoli    (g) *D* Teodosii    (h) *S* corr. mensis *Da questo pa-*  
*ragrabo S: die... mensis...*    (i) *Va* om. est    (k) *D* om. in    (l) *Va* Mediolanum  
(m) *S* corr. et all. *Va* alate    (n) *D* omnium sanctorum apost.    (o) *Va* pilla porferetica  
(p) *D* ibi    (q) *S Va D* coniux    (r) *S* madii    (s) *Va D* positus    (t) *Va D* pilla  
(u) *D* a    (v) *D* Mediolanum    (x) *S* Efdochia *DEfdokya*    (y) *Va D* quam    (z) *D* om.  
defuncta    (aa) *D* Archadii    (bb) *Va D* om. et    (cc) *Va* cor    (dd) *D* tesalonicensi  
(ee) *Va* Efdochia *D* Efdokya    (ff) *Va* ipsius    (gg) *D* pilla porferetica